

## Codice Diplomatico Longobardo I, 90

+ In nomine domini nostri Iesu Christi. regnante domino nostro Ratchis rege, anno regni eius tertio, sub die octaua kalendas magias, per inductione quinta decima; feliciter. Ego Achipert uir deuotus filio quondam Sicuald tibi ecclesie beatissimi Sancti Georgii sita in ciuitate Lucense, ubi Iordanni presbiter praeesse uidetur, do, duno et per dotis titulo per hanc cartola confirmo pro anime mee remedium, id est: casa una ubi uocabulum est Miliano, qui regitor per seruo meo nomine Maurulo, qui mihi in sorte obuinet da germani mei, cum omnia ad ipsa casa pertenente in integrum; serbus uel ancillas in mea reserbo potestate pro anima mea liuertandum; nam suprascripta casa cum terra, uinea, silbis, cultum uel incultum, omnia et in omnebus, seo et parte mea de sundro illo qui nobis obuinet da Tachipert, quem commune habemus cum Causari in ipso suprascripto loco, uolo adque decerno ut habeat ipse sancte Dei uertute uel sacerdos qui inibi fueret ordinatus. et aliquantola terrola ubi uocabulum est Cisiana, qui mihi [.....] obuinet da bone memorie Sichemi et Chiculo germanis, medietate de ipsa terrola possedeat [ipsa sancta Dei uertute]. et sacerdos, qui inibi fueret ordinatus pro me Dominum debeat exorare. et quislibet homo de heredis meis uel supposita [persona] contra dotalii seo donationis mei pagina quandoque in tempore ire temptaueret aut retrahere uolueret per quolibet genio, set conponiturus ad ipsa sancta Dei uertute uel ad sacerdote qui in ipso monasterio fueret ordiniatus pene nomine auri soledus numero quinienti. et hoc placuerat animus meus qui supra Achipert. [et] dum hic aduiuere meruero, omnia et in omnebus in mea set potestate dispensandi causa mea comodo aut qualiter mihi Dominus in antea uertutem donaueret. et si mihi Dominus filios aut filias donare dignatus fueret, in omnia rebus meis, quantum ad ecclesias iudicaui aut quod iniudicatum remanset, ipsi mihi heredis in omnebus esset inueniatur; nam, ut supra dixi, donandi, uendendi, dum aduixerim, iterum in alia ecclesia iudicandi, in mea set potestate. post uero decessum meo, qualiter iudicaui aut confirmaui, in eo ordine staelitum esse inueniatur. et si coniuge mea Uualtruda super me remanseret et lectum meum custodieret et fidis maritalis obseruaueret, in omnebus rebus meis, quantum per hanc cartola ad ecclesia iudicaui, domina et gobernatrice usufructuandi in eius set potestate, bene lauorandi, non doloso animo iudicandi. et post decessum eius, omnia et in omnebus haueat, ut supra, ipsa sancta Dei uirtute. et similiter offero Deo et tibi beatissime sancte Georgi portionem meam de sala ad Cicina, uel portionem meam de casas quantum mihi in sorte contiget da fratres meos, cum sorte mea de olibetas, et parte mea de campo in monte ad Latronario, et parte mea de cahagio sub monte, cum uinea; quantum in eodem loco mihi da germanos meos contiget, tam de sundro quam et de casas tributarias uel terra, ubi Sichipertulo casa sua posita habet, de cahagio illo meo, in integrum. Quam dotalii seo decretions mee pagina, qualiter supra legitor, Lamipert scriuere rogaui. Actum Luca, regnum et inductione suprascripta; feliciter. Ego Achipert uir deuotus in hanc donationis seo decreti pagina, qualiter a me decretum est et supra legitur, propria manus mea supscripti et testibus optuli rouorandum. Signum + manus Fermuso filio quondam Ghisi uiri deuoti testis. Signum + manus Suatchis filio Alathei uiri deuoti testis. Signum + manus Ildipert filio quondam Perteradi testis.